



# Syntaxis Philippi Melanchthonis.

<https://hdl.handle.net/1874/422373>

4

# SYNTA.

X I S P H I L I P P I

Melanchthonis.

E O B A N V S H E S S V S  
Lectori.

Icarus & Phaëton pereunt, dum summa relictis  
Affectant minimis, hic fluuius, ille mari.  
Illorum exemplo ne sis incautus, ab imis  
Quà bene summa petas noueris esse uiam.  
Quare age qui summam studiorum tendis ad arcem,  
Nunquam displiceant hæc elementa tibi.



Coloniæ apud Ioannem Soterem.  
Anno M D XXIX.  
Mense Ianuario.

## DE SYNTAXI

**S**YNTAXIN GRAECI, NOSTRI CON-  
structionem uocant, rationem contexendae orationis, & cō-  
iungendarum uocum, ita, ut certam sententiam dilucide re-  
praesentent. In tenui, ut ait Vergilius, labor est, at tenuis non glo-  
ria, nec mediocre praetium operae, posse animi sensa citra ambi-  
guitatem efferre. Nam quibus haec Grammaticae pars non satis  
familiariter nota est, ij, quia temere congerunt uoces, non pos-  
sunt explicare quod sentiunt, sed dant sine mente sonum, & inani  
quodam strepitu feriunt aures, perinde atq; fluctus littora ferit.  
Est autem in puerilibus studijs in primis opera danda, ut sermo-  
nem sibi quisq; perspicuum & planum paret, quo expromere ani-  
mi cogitata, sine ambiguitate possit. Indigni mihi hominis uocabu-  
lo uidentur, qui, quoties res serue orationem flagrant, tanquam  
ὡσαύτως πρόσωπα in comœdijs, nullam uocem edere possunt. Sæpe  
etiam comperi pueros, cum bonorum uerborum magnam haberēt  
eopiam, tamen quia certam structuræ rationem non norant, non  
esse ausos loqui, quibus opera omnis collocata in literas, unam  
hanc ob causam perierat, quod Syntaxin non didicerant.  
Quare diu mihi in hac parte grammatices puer de-  
rimendus uidetur, dum omnes formulas coagmen-  
tandarum uocum cognouerit, & tan-  
quam Architectum orationis  
profiteri se aufit.

# DE NOMINE

**N**OMEN SINE VERBO, NON AB  
soluit orationem integram aut sententiam.  
Est enim oratio integrae sententiae explicatio. Et ta-  
men multa sepe nomina contextuntur quibus unum uerbum re-  
spondet. Quare principio de nominum Syntaxi dicemus.

## PRIMA REGULA

Adiectiuum & substantiuū eodem genere, numero & casu co-  
haerent, ut *amicus certus in re incerta cernitur*. Ad eundem mo-  
dum & participia substantiuū connectuntur, ut  
*Donec eris felix multos numerabis amicos*.

*Nullus ad amissas ibit amicus opes*  
*Idem seruatur in pronomibus, ut*  
*Crede mihi bene qui latuit bene uixit, & intra*  
*Fortunam debet quisq; manere suam.*  
*Et in interrogationibus, ut cuius sententia est? Ciceronis.*

## SECUNDA REGULA.

Relatiuum cum antecedente substantiuo necesse est generis  
& numero consentire, casu non semper conuenit. Nam is sequen-  
ti uerbo respondet, ut

*Litteras accepi tuas, quae mihi magnae uoluptati fuerunt.*  
*Est & ubi sequentis substantiuū genus, casum, & numerum*  
*mutuatur.*

*Sallustium: est locus in carcere, quod Tullianum adpellatur.*

*Et Lilius, Carcerem aedificatum esse, quod domicilium ple-*  
*bis Romanae uocare solent. Sed rara haec figura est.*

*Qualis suum substantiuū adsciscit, à quo mutuatur casum,*  
*genus & numerum, ut*

## SYNTAXIS.

Talis est ciuitas, quales sunt principum mores.

### TERTIA REGVLA.

Substantiuum cum substantiuo genitiuo casu iungitur, ut  
Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit

Atticismum uocant, cū in hanc formam mutamus adiectiui et  
substantiui cōstructionē, ut pro nulla pecunia, nihil pecuniæ, nihil  
homo. Nā adiectiua genere neutro, uertunt in substantiuorū natu  
rā, ut apud Catullū: Sed nō uidemus manticæ quid in tergo est.

Aduerbia imitatur hanc Syntaxin, satis loquētice, sapientie pa  
rū. Abūde uerborū. Figuratū est, id genus, pro eius generis. Mul  
ti hoc tempore prætextu Euangelij seditiones excitant, id genus  
homines odi, nam sibi regnum, non Christo parant.

### QVARTA REGVLA.

Cōparatiui adsciscunt ablatiuos, ut Vilius argentum est auro,  
uirtutibus aurū, & Vilius est argentū q̄ aurū. Sic autē & Latini  
cōparatiua uerarunt. Triumphus clarior quā gratior, & pesti  
lentia minacior, quā perniciosior. Apud Luuius item, quis inter  
pretari pōt, impudentior ne an improbior. Plau. amicior mihi nul  
lus uiuit atq; is est. Cicero. Mihi uidetur diuitius absfuturus ac nel  
lem. Has formulas adscripsi, ut pueri obseruent pro quā, Latio  
nos uti particulis, ac, atq;.

### QVINTA REGVLA.

Superlatiua adsciscunt genitiuos plurales, uel collectiui nomi  
nis singulares, ut

Disertissime Romuli nepotum. Et,

Tydides Danaum fortissimus

Eō, quō, tantō, quantō comparatiuis iungentur, ut

Omne animi uitium tantō conspectius in se

Crimen habet, quantō maior qui peccat habetur.

Multo, longe, comparatiuis & superlatiuis præponuntur.

Cicero.

Conspectus uester multō iucundissimus.

PHILIP. MELANCHT.

SEXTA REGVLA.

Quæ partitionem significat, aut collectionem, nem genitiuos plurales adsciscunt, ut

Nemo hominum.

Alter horum.

Pars ciuium.

Magna minorq; feræ, quarum regis altera Graias,

Altera sydonias, utraq; sicca rates.

Cicero. Quarū altera exēplis, alter scientia te possunt augere.

Sic & comparatiua partitionem significant, ut

O maior iuuenum, id est, inter iuuenes.

Nam partitionē exponimus per particulā inter, ut Contionatorū alij pure docent Euangelium, alij adulteratum impijs opinonibus, id est, inter contionatores.

SEPTIMA REGVLA.

Adiectiua quæ copiam, desiderium, notitiam, & contra significant, genitiuos adsciscunt, ut

Dniſſimus agri Phoenicum

Stultorum plena sunt omnia

Cicero. Referta sceleratissimorum hominum

Cupidus lucri.

Ignarus hominumq; locorumq;

Fidens animi

Nec sum animi dubius

Peritus belli

Præsaga mens mali

Ambiguus futuri

Memor præteriti

Sic & participia pleraq; cum degenerant in nomina, & uerborum casus amittunt, ut

Fugians litum.

Cupiens pecuniæ.



## SYNTAXIS.

Patiens inedia.

Perteſus theæ & thalami

Nam perteſus thalamum, patiens inediam participia ſunt, nec ſignificant  $\xi\xi v$ .

Reus genitium adſciſcit, ut

Reus Furii.

Sed hiſ que copiam ſignificant, inuenies etiam ablatiuos adijci, ut Cicero.

Copijs abundans.

Verg. Crura thymo plena.

## OCTAVA REGULA.

Datiuos adſciſcunt que ſimilitudinem, utilitatem, facilitatem ſignificant, ut

Fidus amico

Amicus Caſari

Par Homero

Vergilius. Nulli aeterum uirtute ſecundus

Similimum deo iudico

Sed ſimilis etiam genitiuos adſciſcit, ut

Eius uirtutis munus hoc eſt proprium.

## NONA REGULA.

Adiectiua Græca conſuetudine, accuſatiuos ſubſtantiuorum adſciſcunt, ut

Nuda genu

Et glacialis hyems canos hirsuta capillos.

Omnia Mercurio ſimilis uocemq; color emq;.

Grammatici  $\sigma\upsilon\rho\upsilon\lambda\omicron\chi\lambda\omicron$  uocarunt, id eſt, comprehensionem. Significat enim nomen totius ad partem tantum referri. Cum dico, Aethiops albus dentes, nomē albus, totum æthiopem ſignificat, uerum quia accuſatiuus dentes ſubiicitur, detorqueatur & nomina ſimplicia ſantum ad partem.

Decima

PHILIP. MELANC.

DECIMA REGVLA.

Ablatiuus instrumenti, subijcitur certis adiectiuis, ut

Clarus ingenio, armis

Lassus cura

Fessus cursu

Letus honore, imperio, apud Virgilium

Contentus paucis

Nonnunquam grauis ære donum mihi dextra redibat

Potens pecunia, &

Potens à pecunia

Præceps ambitione

Sic & orbis parentibus

Liui. Annibal æger oculis ex uerna intempore

Cicero. Aegris pedibus

Immunis, alienus, addunt præpositiones, ut

Immunis à bello

Alienus à me

Et apud Cornelium, Vacuus à periculo animus fuit

Vacuus ab odio, & uacuum ira.

Cice. cum sumus necessarijs negotijs, curisq; uacui

Sallustius. Ager frugum uacuum.

Dignus, indignus, simpliciter ablatiuos adfiscunt.

Dignum laude uirum Musa uetat mori.

VNDECIMA REGVLA.

Variæ figuræ sunt descriptionis, laudandi aut uituperandi. Sed ablatiuus Latini libentius usi sunt, ut puella uultu modesto. Dicit enim poterat, puella uultus modesti, & puella modesta uultu, & modesta uultum *ovvudoxiws*.

Sic Columella.

Afusus amplissimi corporis, ceruicæ ualida.

Cicero. Erat infirma ualetudine Habitus:

DVODECIMA REGVLA.



## S Y N T A X I S.

Varia est Syntaxis uocis, opus, sed ablatiuū sepius adsciscit, ut Cicero, Opus est huic tuo iudicio. Nonnūquam præcedit nominatiuum, dux & autor nobis opus est. Rarū est, Opus est nobis hæc rem. Et usus, apud Plautum in asinaria. Viginū iam usus est filio argenti minis.

### DECIMATERTIA

#### Regula.

Figuram *πρόθεσις* dixerūt, cum duo substantiua eodem casu cōiunguntur, hoc modo. Effodiuntur opes, irritamenta malorum. Posterius substantiuum declarandi causa adcessit, ideoq; prope modum induit adiectiui naturam. Sic Horatius,

Et genus & formam regina pecunia donat, id est regnans.  
*τάλα* & Nominum Syntaxeos.

## DE SYNTAXI

### VERBORVM.

**N** Vnquam integra sententia cum nominatiuo solis nominibus constat. Quare cum nominibus certa quadam variatione uerba coagmentantur.

#### PRIMA REGVLA.

Nominatiuus præcedit uerbum finitum simili numero & persona, ut ego lego, tu legis, hic legit. Nam pronomina naturam nominum habent. Vt imur autem prima & secunda persona dissimulatis pronomibus. Tertia persona, sine nominatiuo, in uerbis personalibus nō utimur, Cæsar & rex Gallorum cōueniunt inter se. Nam duo singularia, postulat plurale uerbum. Est cum infinitiuis pro nominatiuo Græca consuetudine usurpatur, ut

Adde quod ingenuas didicisse fideliter artes  
 Emollit mores, nec sinit esse feros.

Nam uerbum emollit respōdet his, tāquam nominatiuo didicisse  
 artes

PHILIP. MELANCHT,

artes fideliter. Græci sic, ὁ μολὴν πρᾶνντ τὸ ἕθ. Eum infiniti-  
uū circūloquimur finito uerbo, adiecta particula quōd, Dolet Gal-  
li quōd rex suū a Carolo uictus sit .i. regem suum uictum esse.

SECUNDA REGVLA

Vocatiui secundæ personæ & imperatiui præponuntur.  
Nonnunquam etiam sine uerbo inseruntur orationi.

TERTIA REGVLA

Verbū finitū sequitur aliquando nūus, ut in uerbis gestuum.

Dormi securus

Bibo ieiunus

It cubitum incœnatus.

Verg. Medio resupinus in antro

Frangeret ad saxum

QUARTA REGVLA.

Verba substantiua præcedunt & sequuntur nominatiui, sunt  
autem substantiua, sum, forem, fio, existo. quōd substantiam, non  
actionem significant, ut, manus nostræ sunt oculatæ, credūt quod  
uident.

Equus Alexandri & capite & nomine Bucephalus fuit.

Fama est malum

Humor est dulce satis

Nam hoc modo ex adiectiui fiunt substantiua genere neutro,  
sed hic monendi sunt pueri, Latinos sæpe Ellipsi uti, omisso uerbo  
substantiuo.

Et nuncupādi uerba, ut Princeps Saxonie uocatur præfectus  
prætorio

Carolus designatus est Romanus Imperator

Ille salutatur doctor

Græcum est, hic cupi audire theologus, id est dici. Sed hic ob-  
seruent pueri formulas nominandi. Dicunt enim Latini uarie

Est mihi nomen Pomponius, apud Terentium.

Et, est mihi nomē Pomponij, apud Plautum.

## SYNTAXIS.

Et, est mihi nomen Pomponio. Qua formula maxime delectantur eruditi.

Vetus est, fecerunt illi nomen Ascanium, apud Liuium.

### DE FIGVRIS

Nominatiui cum uerbo finio syntaxes tradidimus, priusq̄ aut ostendamus, quō obliqui cum uerbis cohæreant, recensēbimus figuras constructionis, quas n̄a uocant, cum ab analogia & communi regula, de nominatiuo & uerbo breuitatis causa discessit consuetudo, ut, Ego & meus minister propere adcurrimus. Belle dicitur contra analogiam: si analogiam sequaris, est odiosa repetitio, Ego adcurro, & minister adcurrit.

### Σύνθεσις COMPOSITIO

Synthesis est, cum nomini multitudinis singulari respondet uerbum plurale. Nam ad intellectum refertur constructio, ut

Turba ruunt.

Gens armati,

Pro se quisq; precari coeperunt.

Quisquis suos patimur manes

Pars epulis onerant mensas.

Eunuchus mea. Nam & hic ad intellectum refertur constructio, sua scilicet fabula.

### Σύνθεσις ADIUNCTIO

Cum multis substantiuis unum uerbum aut adiectiuum respondet. Sed n̄a, ut uerbum seu adiectiuum consentiat cum priore substanti uo, ut

Semper honos nomenq; tuum, laudesq; manebunt

Hic illius arma, Hic currus fuit. Socys & rege recepto.

Hebræi sunt & ego.

Amantium iræ amoris reintegratio est.

Nihil ne te nocturnum præsidium palatii, nihil urbis uigilie, nihil timor populi, nihil concursus bonorum omnium, nihil hic munitissimus senatus habendi locus, nihil horum

PHI. MELANCHT.

ora uultuq; mouerunt?

ὄλλυ-ϕις **COMPREHENSIO**

Longius degenerat ab analogia. Nam hic multis substantiuis, uel uerbum aut adiectiuum adiicitur, ut consentiant cum remotio re substantiuo, sed præstantiore. Porro pluralis numerus præstat singulari. Masculina foemininis. Prima persona secundæ, secundæ tertiæ. Hic numeri tantum uariant, ut

Milnes & imperator pugnant  
Hic illius arma, hic currus fuerunt.

Hic genera uariant.

Est mihi nanq; domi pater, est iniusta nouerca.  
Biq; die numerant ambo pecus alter & hoc dos.

Hic persone uariant. Ego & uicinus concertauimus.

Tu & frater belle conueniis.

Sunt & Syllepses, Remo cum fratre Qui inus, Iura dabant.

πρίλυ-ϕις **PRAEOCCVPATIO**

Cum nomini partes subiiciuntur, uerbo non repetitio, ut

Milnes redeunt, hic ex Hispanijs, ille ex Gallijs.

Αντιπῶσις **CASVS PRO CASV.**

Est, ubi cōtra analogiã antecedens imitatur casum relatiui, ut

Urbe[m] quam statuo uestra est.

Populo ut placerent quas fecisset fabulas, pro fabulæ.

**EVOCATIO.**

Vocarunt euocationem, cum uerbo primæ aut secundæ persone nomen præponitur, ut Ego Virgilius lego.

Tu a pollonius scribis Nos poma natamus.

Voluerunt enim Grammatici tertiã tantũ personam in nominibus esse. Sed non uideo cur adiecta pronomi[n]ibus nomina, nõ mutuetur ab eis personam, tametsi uerum est, quòd duriuscule cohererent uerba primæ aut secundæ persone cum nominibus.

**DE VERBORVM SYNTAXI**

cum obliquis. Prima regula.

PHILIP. MELANC.

Actius uerba omnia accusatiuos adsciscunt, ut  
 Sophiam me Graij uocāt, Latini sapientiam,  
 Vfus me genuit, mater peperit Memoria.

Neutra sine accusatiuis absoluūt sententiā, ideoq; absoluta uer-  
 ba uocauit Priscianus, ut

Crescit amor nummi quātum ipsa pecunia crescit.

Sed quaedam neutra accusatiuos cognatæ significationis adscī-  
 scunt, ut

Aro terram	Dormi Epimenideum somnum
Salto fabulam	Bibo uinum
Et Græca	Gaudeo gaudium.
ἀρω λυπος	Olet unguentum.

Sunt autem admonēdi pueri, nō omnium nominum accusati-  
 uos promiscue omnibus actiuis subijci posse, Sed habendam esse ra-  
 tionem ὀρθότητος. Interest enim inter hæc, Feci dānum, & de-  
 di damnum. Habeo orationem rectū est, nō est rectum, facio ora-  
 tionem. Rectū est, facio uerba, nō rectum, habeo uerba. Differt  
 ἴτις, Dat uerba, et capio uoluptatem, rectius est, quā cœpit me  
 uoluptas. Et cœpit me obliuio, recte dicitur, non autem obliuione  
 captus sum. Sed hæ figuræ quotidiano usu authorum deprehēden-  
 tur. Nos his præceptiōibus noluimus inferere, ne oneraretur infir-  
 ma ingenia puerorum, nimia prolixitate commentarij. Et cōgesse-  
 runt Valla & Adrianus Cardinalis, non contemnendum nume-  
 rum huiusmodi formularum. Qui proponendi sunt pueris, ubi pri-  
 ma elementa grammatices perceperint.

Est enim his, qui pure Latine loqui student, opera dāda, ut in  
 promptu habeāt, magnā suppellectilē nō mō bonorū uerborū, sed  
 & formularū sermonis, quæ in usu ueterum fuere, nam ita demū  
 redolebit sermo Latinam ὀρθότητι, & perspicuus erit, cum in com-  
 positione uerborum, ueterum exempla & consuetudinem imitabū-  
 tur. Sed redeo ad pueriles regulas.

Varie dicunt, ludo aleam, & ludo talis.



PHILIP. MELANCTH.

SECUNDA REGVLA.

Accusandi uerba, & memoria, adsciscunt præter accusatiuum  
genitiuos, causam significantes.

Plautus: Furti se adstringit

Terentius: Hic se furti alligat

Suetonius: Dolobellam repetundarum postulauit

Liuius: Cum capitis anquisissent

Plinius: Inuenimus Egnatij uxorem cum uinum bibisset è  
dolio, interfectam fuste à marito, eumq; cædis à Romulo  
absolutum

Cicero: Sceleris condemnat generum suum

Ouidius: Otia delectent, admoneantq; mei.

Memini huius rei, & hanc rem

Obluiscor huius rei

Recordor huius rei, & hanc rem

Extant & hæ formulæ apud bonos authores

Cicero: Ne quæ unquã innocentẽ iudicio capitis arcessas.

Cicero: Putaui ea de re te esse admonendum

Cicero: Inertiam accusas adolescentium

Cicero: Condemnabo eodem te crimine

Item  $\pi\alpha\theta\upsilon\tau\mu\acute{o}\nu$ , misereor huius

Sed misereor accusatiuum adsciscit, misereor rem publicam.

TERTIA REGVLA.

Verba omnia in quibus est quædam concedendi significatio da  
tiuum adsciscunt, qui personam designat.

Tribuo illi eruditionem

Glycyrriza medetur tussæ

Bene dico tibi, non te

Maledico illi, non illum

Studio huic rei, & hanc rem

Quintilianus: Abdicatus medicinæ studuit

Item: Poëtæ et pictores in id studët, ut describere tabulas  
mensuris



## SYNTAIS

mensuris ac lineis sciant.

Cicero: Nihil aliud student

Dicimus autem etiam, medicor morbum.

Hoc uertitur illi uicio

Datur crimini

Datur laudi

Præsto illi. a pud Terentium: Homo homini quid præstat

Præsto illum apud Vergilium: Ibo animis contra, uel ma-  
gnum præstet Achillem. Sed hoc rarius.

### QUARTA REGVLA.

Verbo est, habendi significatione utimur, ut

Est mihi nanq; domi pater, est iniusta nouerca

Et datiu uenuste adduntur qui commodum aut incommodū  
significant.

Est mihi lucro

Est mihi odio

Sunt exitio rebus pub. intestine dissensiones

### QUINTA REGVLA

Duos accusatiuos pauca quædam actiua adsciscunt, Ea q; uo-  
cant Grammatici transitiua, quòd transmigret in duos accusati-  
uos actio, ut Doceo te literas Posco te pecuniam

Interrogo te hanc rem, & de hac re

Pacem te poscimus omnes

### SEXTA REGVLA.

Ablatiuos instrumenti propemodum omnibus actiuis uerbis  
subijcimus, ut

Quo semel est imbuta recens seruabit odorem

Testa diu

Ferit illum gladio

Sic copie & inopie uerba

Impleo poculum uino

Induo me ueste & uestem

PHILIP. MELANCTH.

Spolio te pecunia

Multo morte

Hoc te fasce leuabo

Leuatus febre

Abundare præceptis

Adficio te honore

Luxuriant animi rebus plerunq; secundis

Luxuriatq; thoris animosum pectus

Culpa uacare magnum solatium

Conflictari graui pestilentia

Conflictari aduersa ualitudine

Laborare ex pedibus

Laborare feбри

SEPTIMA REGVLA.

Repellendi significationem habentia ablatiuos adfiscunt, sed  
cum præpositione, ut

Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent

Abstineo à uino

Horatius: Abstiniuit Venere & Baccho

Et petendi, ut, Peto abs te pecuniam

Vtor, uescor, fruor, potior ablatiuos adfiscunt, ut

Vtor uino

Fruor meis studijs

Potius imperio

Disco ab illo, et disco de illo Musica, Plautus in Poenulo.

Et induendi uerba, ut exuo tunicam, & exuo hunc tunica.

Cæsar: Vallis se induebat

Cicero: Torquem sibi induit

Liuius: Nouum ingenium induerat

Vergilius: Troianos exue cæstus

Martialis: Dum mutat cultus induiturq; togam.

Cicero: Humanitatem omnem exuisse

## PHI. MELANCHT.

Vergilius: Sic an illachrymans, humero simul exiit ensem  
Se agro paterno auisq; exuisse.

### DE PASSIVIS.

Passiuorum proprius casus est ablatiuus cum præpositiōe ex  
nominatiuo actiui factus, accusatiuus proximus adiectiuo in no  
minatiuum mutatur, ut

Lego Vergiliū. Vergilius à me legiur.

Reliqui casus actiue uocis, mutantur, ut

Doceo te grammaticam

Tu doceris à me grammaticam

Nonnunquam ablatiuus in datiuum mutatur, ut

Et uisus mihi, pro uisus à me.

Et Græcū est, Pluribus ille notis uariatū pingitur aliu,  
pro uariato alio.

Deponentia actiuorum significationem habent, ut

Largior tibi pecuniam

Neutorum quæ neutraliter significant, ut

Adsentior tibi, Adulor tibi & te, dixerunt ueteres

### DE INFINITIVIS,

#### PRIMA REGVLA.

Infinitiui adduntur uerbis significantibus uoluntate. Græci  
προαιπεινὸς uocarunt, ut

Cupio te uenire

Filio uxorem datum iri audierat

Memini facere, non fecisse

Accusatiuus proprius casus infinitiuorum præcedens infiniti  
uos, & exponitur per nominatiuum, adiecta particula quod. Aliant  
probos adolescentes deprauatū iri consuetudine malorum.

#### SECUNDA REGVLA.

Infinitiui adduntur nominibus adiectiuis facultatem signifi  
cantibus, ut

Difficile est efficere.

PHILIP. MELANCHT.

Soli cantare periti  
Amor sceleratus habendi.

Casus sequens infinitiuum esse, conuenit cum proximo nomi-  
ne precedente, ut

Illi licet esse probo. Rarius est  
illi licet esse probum

DE GERUNDIIS.

Genitini casus gerundia sequuntur nomina substantiua, facul-  
tatem significantia, ut

Occasio emergendi  
Gratia discendi Athenas missus

Accusatiui casus gerundia, præpositione annectuntur uerbis, ut

Mitto illum ad speculandum arcem

Inter agendum occursum capro

Casus ablatiui gerundia, sequuntur uerba, uel cum præpositio-  
ne, uel sine præpositione, ut

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis

Explicatur, dum cantas. Cantando tu illum.

Ratio bene scribendi cum loquendo iuncta est

Non sum soluendo, peculiaris figura est

Adsciscunt aut gerundia casus uerborum ἀναλογικῶς, ut

Gratia salutandi amicos domum redij.

Sed Latini etiam eodem casu extulerunt gerundium & no-  
men, ut Gratia salutadorum amicorum domum uenio. Et, ad spe-  
culandum arcem missus est eques. Et, in exercitia iuuentute, præ-  
ceptor utilem operam sumit: pro ad speculandam arcem, & exer-  
cendo iuuentutem.

Hic grammatici rixantur de gerundijs. Nam pleriq; partici-  
pia fieri sentiunt, si casum uerbi sui amisere, Valla reclamatur,  
Mibi ad puerilem captum plus facere uidetur eorum sententia,  
qui gerundia ea demum uocant, quæ sui uerbi casus regunt, ut sa-  
lutandi amicos.

## SYNTAXIS.

Estq; ea uoce actiua significatio, salutare amicos, nam gerundium, est infinitiuo cognatum.

Participijs similis est, Salutandorum amicorum caussa. Nam significatio passiuæ est, qualis in passiuo participio solet esse. Formula extat, crescendi nouarum, pro crescendarum nouarum. Notandum istorum magis quæ edundi copia est.

### DE SUPINIS.

Actiue significat supina priora, et casum uerbi sui ad discunt. Coniunguntur autem cum uerbis significantibus motum ad locum, uenio salutatum amicos, significatio infinitiui est. Significat enim uenio salutare amicos, & uenio ad salutandum amicos.

Spectatum admissi risum teneatis amici.

Iret quæsitum.

Posteriora supina significant passiuæ, & construuntur cum adiectiuis facultatem significantibus, facilis uisu, id est uideri, & cum uerbis motum de loco significantibus.

Cato: Primus cubitu surgat, postremus cubitum eat.

Plautus: Obsonatu redeo

Nullus autem his casus præponitur.

### MERCANDI VERBA,

Pretium ablatiuo casu effertur, sine præpositione, ut

Ego Homericum codicem duobus aureis

Vergilius: Vendidit hic auro patriam

Leges pretio fixit & refixit.

Aristoteles libros pauculos Speusippi philosophi post mortem eius emit talentis Atticis tribus.

Ea summa fit pecuniæ nostræ mille & DCCC

Coronæ Gallicæ

Hæ uoces tanti, quanti, pluris, minoris, sine substantiuis adijciuntur uerbis mercandi.

Cicero: Non uendo pluris quam alij, fortasse etiam minoris.

Iuuenalis: Chrysogonus quanti doceat, uel Pollio quanti.

Suetonius



PHILIP. MELANC.

Suetonius: *Quanti funus & pompa constaret*  
 Sic, *magni aestimo, magni facio, parui aestimo, parui facio,*  
*magni pendo, & parui pendo.*

Catullus: *Vnus aestimemus assis*  
 Et cum uerbo sum. *Esse quantiuis pretij*  
 Non tamen dicimus. *Emi magni, aut parui, aut emi maioris*  
 pretio. *Sed emi paruo, magno, maiore, minore pretio*

Vergilius: *Haud illi stabunt Aeneia paruo hospitio.*  
 Lilius. *Multoq; sanguine & uulneribus ea pœnis uictoria stein.*

Plautus: *Nimio emptæ tibi uidentur*  
 Varro: *Aedificantur magno, implentur magno*  
 Terentius: *Redimas te q; minimo, aut quanti queas*  
 Est in usu etiam, *magno aestimo*

Cicero: *Gloriosa sapientia non magno aestimanda est*  
 Suetonius: *Nec tulerat tam molestæ, tam magno aestima*  
*ri honorem cœnæ suæ*

Seneca: *Data magno aestimas, accepta paruo*  
 Sic & , *quanto pretio emisti*  
*Minori pretio emi, locauit*

Nam cum adcedunt substantiua, hæ quoq; uoculae migrant in  
 ablatiuos.

Huc pertinet uerbum ualeo  
 Mina ualet decem coronis Gallicis.  
 Sic Plin. loquitur, ut *Scrupulū ualebat sestertijs uicenis.*

TEMPORIS PRIMA REGULA.  
 Ablatiuo nomina temporis efferuntur, cum non significamus  
 durationem, ut

Cicero: *Superioribus diebus ueni in Cumanum*  
*Qui his proximis diebus Pontifex factus est*  
*Aestate adulta*  
*Puncto temporis*



## SYNTAXIS

Rerum momenta uertuntur  
 Paucis diebus eram domesticos tabellarios missurus  
 Triduo aut ad summum quadriduo periturum  
 Plin. Omnia plenilunio maria purgantur.  
 Iuppiter exiguo tempore inermis erit.  
 Non enim dicitur, superiores dies ueni in Cumanum  
 Exacto mense redijt  
 Quadriennio post uirili toga sumpta  
 Longo post tempore uenit  
 Qui Romam multis annis non uenit,  
 Neq; unquam plus triduo fuit.

### SECUNDA REGULA

Accusatiuus est frequentior cum durationem significamus seu continuum tempus.

Vnà cum gente tot annos, Bella gero  
 Tercentum totos regnabitur annos  
 Annum audientem Cratippum  
 Tertiū iam annum et uicesimum regnat  
 Si Cn. Pompeius adhuc annos quingentos fuisse  
 Natus decem annos  
 Non plus triduum, aut triduo.

### TERTIA REGULA.

Et præpositiones adcedūt. in paucis diebus, & paucis diebus.  
 De die epulari, & die. Surgunt de nocte latrones, & noctem.  
 Est in diem quod promittis, nec aliter, Borgs  
 Peto ut commodes in unum mensem  
 Ut sit in annum sumptum  
 Tribunitiam potestatem in quinquennium accepit  
 Annos ad quinquaginta natus  
 In aliud tempus expectare te uelim, auff eyn ander tzeit  
 Ut in reliquum omnes suspiciones uinet.  
 Venio tertio Kalendas, & ad tertium Kalendas, & tertiam

PHILIP. MELANCHT.

to Kalendarum.

MENSURAE ET SPATIA

Mensurarum casus accusatiuus est, ut

Muri ducentos pedes alii

Plinius scribit effossam herbam Moly radicis longae tri-

ginta pedes.

Asseres non plus spatium habentes pedes binos

Ne plus pateant palmam

Nonnunquam comparatiui constructio obseruatur, ut

Tota cohors pede non est altior uno

Nucleus crassus sex digitos

Et per genium, de Augusto

Statura quinq; pedum & dodrantis fuit

Est & spatiorum accusatiuus

Cicero. abessem ab Amano iter unius diei

Cæsar. Hyrciniae syluae latitudo nouem dierum iter expe-

ditio patet.

Tres pateat coeli spatium non amplius ulnas

Liui. Castra locat mille passus ab urbe, & mille passuum

Cum triidui uiam processisset, nec paucorum dierum iter

abesset.

Cæsar. Cum ab hybernis Ciceronis, millia passuum quin-

quaginta abesset.

Neque logius millia passuum octo ab hybernis suis abuisse

Plinius. Murrhino capaci, ad sextarios tres

Adieci uerbo abesse ablatiuum Vergilius,

Nec longis inter se passibus absunt

Distat cum accusatiuo

Sulmo mihi patria est gelidis uberrimus undia

Milia qui nouies distat ab urbe decem

Cum ablatiuo

Iugribusq; nouem summus qui distat ab imo.

## NTAXIS.

atum dignum.

### LOCA.

Nominibus regionum prepositiones sicut & appellatiuis adduntur, siue uerbo in loco, siue de loco, siue ad locum significantibus adijciantur, ut

Fronspergus duxit exercitum in Italiam

Gallus in Italia dominari cupit

Gallus ex Italia profectus est

Sicut uenio in urbem Proficiscor ex urbe

Figuratum est apud Vergilium.

Italiam fato profugus Lauinaeque uenit

Et arceo hostem Italia, sicut arceo urbe hostem.

### VRBIUM NOMINA I.

In loco esse significant genitiuo casu in prima & secunda declinatione numero singulari, ut

Sum Romae, & sum in urbe Roma

Tarenti degit Archua, qui ligneam columbam uolatilem fecit.

Lutetiae frequentissima schola fuit

In declinatione tertia ablatiuo utimur, quibusdam etiam datiuus placet.

Sum Carthagine & Carthagini.

Plurali numero ablatiuo utimur

Delphis Apollo oracula reddebat

### II.

accusatiuus semper ad locum significat

Noctuas Athenas

Proficiscor Romam

Confero me Vunembergum capiendi cultus ingenij causa.

### III.

Ablatiuus semper de loco, & per locum significat, ut

Redijt

PHI. MELANCHT.

Redijt Carthagine Regulus

Hac iter facio significat per locum. Semel atq; iterum inueni  
adnas præpositiones. Cicero

Venit ad Messinam

Brutus ab Roma aberat

Sic dicimus. Sum domi. Eo domum. Venio domo. Et adiectis  
casibus, Cicero. Malo esse cum timore domi meæ, quàm cum per  
culo domi alienæ. Et, sum rure, eo ruri, uenio rure, Serpo humi.  
Cuius accusatiuo non utimur hac forma, labitur humum. Ablati  
uouti mur. Tollitur humo, Verg.

Belli & militiae genitiuis tantum localiter usi sunt.

NUMERI.

Ordinem significat. Primus, Secundus, &c. Et interrogatio  
quotus. Numerus, unum, duo, tres &c. Et interrogatio quot. Sed  
numeri distributione ut bini, terni, quaterni, quini, seni, septeni,  
octoni, noueni, deni, uiceni, triceni, quadrigeni, Bini ye Zyuen.

REGVLA.

Ergo interest cum dicimus. Decem aurei militibus dati sunt,  
& deni aurei militibus dati sunt. Nam decem aurei militibus da  
ti sunt, significat totam legionem simul decem tantum aureos acce  
pisse, non singulos, Sed deni aurei significant singulis esse datos  
decem aureos, ut Germani dicunt, yeder tzeben gulden.

Liuius. Consules binas legiones scribere iussi.  
yeder Zyuen.

Liuius Decadis 4. libro primo. Binis æris in modios populo di  
uiserunt. Quot & sic dici poterat. Singulos modios duobus assi  
bus diuiserunt. Cæsar, ad denarios quinquaginta in singulos mo  
dios annonæ peruenerat.

Liuius. In singulos pedes dati octingenti æris.

Liuius. Militibus qui currum secuti sunt, centenos uicenos  
quinos asses diuisit, id est, singulis centum quinq; & ui  
ginti asses.

## S Y N T A X I S.

Suetonius. Congiaria populo frequenter diuisit, sed diuer-  
sa ferè summæ, modo quadragenos, modo tricenos, nonnã  
quam duccenos quinquagenosq; nummos.

Sed inuenias etiam cum distributiuis usi sint, adiecisse nomen  
singuli, id opinor præter analogiam fieri, & rarum est.

Liuius. Singulis centena millia

Poëtæ distributiuis aliquando abusi sunt, ut

Verg. Septeno gurgite, pro septem gurgibus.

Pluralia tamen exigunt distributiuia nomina, ut

Bimæ literæ, pro duabus epistolis

Ordinis nominibus sic utimur

Cicero. Tertio quoq; die, ye am dritten tag.

### D E I M P E R S O N A L I B V S.

Passiue uocis impersonalia ab omnibus uerbis, tum actiuis,  
tum neutris cadunt. Constructio prorsus imitatur regulam passi-  
uorum. Præterquam quod nullus nominatiuus præcedit. Nã ideo  
dicuntur impersonalia, ut

Ludatur de tuo corio

Itur ad me, quoniam nemini obtrudi potest.

In diem uiuitur

Benefit multis à principe.

Accusatiui proximi actiuorum, nõ possunt impersonalibus sub-  
ijci apud Latinos. Neq; enim recte dicitur, legitur Vergilium.  
At Germani ea figura usi sunt. Man lyset den Vergilium. Sic  
& Græci ἀνα γινώσκουσι τὸν πολεμιστὸν.

Actiue uocis impersonalia, alia alios casus adsciscunt. Quan-  
quam aut persona uideatur incerta, quia desunt nominatiui, tamẽ  
obliqui personam definiunt. Quare impersonalia sic ordiuntur sen-  
tentiam ut personalia, si dicas, principem oportet potius consule-  
re publicæ saluti, quam priuatis affectibus morem gerere. Hic ac-  
cusatiuus cum uerbo perinde inchoat sententiam, & certam per-  
sonam designat ut nominatiuus cum uerbo, Sic dicas, princeps de-  
bet potius



PHILIP. MELANCTH.

bet potius consulere publicæ salutis, quàm priuatis adfectibus morem gerere.

Pleraq; autem uerba personalia alioqui, constructione in impersonalia degenerant.

PRIMA REGVLA.

Est, interest, refert, personam genitiuo designant, & sequuntur ferè infinitiua aliàs coniunctiua, ut & interrogationes.

Boni pastoris est tondere pecus & non deglubere

Non est sapientis uiri dicere, non putaram

Reipublicæ refert conseruari literas, & ut conseruentur literæ

Sallustius. Refert me mihi atq; uobis timere

Principis interest autoritatem publicarum legum saluam & incolumen conseruare

EXCEPTIO.

Iam aliquot pronomiuis à regula discedimus. Nā mea, tua, sua, nostra, uestra ablatiui adijciuntur uerbis refert & interest.

Tua refert adesse.

Et Cic. Permagni interest tua, an reddita sunt literæ.

Vbi obseruabis & genitiuum adijci permagni. Grammatici ad fingunt ridiculam rationem cur horum pronomiuis ablatiuis utamur. Nam cum hæc uerba significant pertinere, recte dici putant.

Mea interest, quasi in re mea est, & refert, quasi res mea fert.

Verbo est adijcimus meum, tuum, suum, nostrum, ut

Meum est iniuriam non adferre

Tuum est, illatam mussitare.

SECUNDA REGVLA.

Datiui personam his uerbis addunt, sequuntur ferè infinitiui.

Libet, licet, patet, liquet, constat, placet, expedit, prodest, obest,

nocet, sufficit, uacat, accidit, conuenit, & similia quædam. Quæ

quanquam personalia sunt, tamen constructione migrant in hunc

ordinem.



## SYNTAXIS

### TERTIA REGVLA.

Accusatiui personam his uerbis addunt, sequuntur infinitiui.  
*Iuuat, oportet, ut principem oportet pati legem quam condidit.*  
*Decet, sed hoc sepius actiue usurpauit, ut*

*Secundas res decet superbie*

*Et cum datiuo antiquae. Ita nobis decet, Terent.*

### QVARTA REGVLA.

In quarto ordine impersonalium *ποδντινδ* sunt quae praecedunt accusatiui, sequuntur genitiui, poenitet.

*Cicero. Poenitet eum senectutis suae. Piget, Tædet,*

*Sallustius. Me ciuitatis tædet, morumq; piget*

*Pudet. Pudet me negligentiae meae. Miseret.*

*Miseret amicum calamitatis.*

*Ad numerant impersonalibus. Debet, coepit, incipit, ut*

*Debet adulescentem poenitere peccati. Aiunt, solent,*

### DE PARTICIPIIS.

**P**articipia imitantur uerborum suorum constructionem, ut legens Vergilium. Degenerant autem in nomina cum uerborum casus amittunt, ut fugians Iulium.

Duo ablatiui coniunguntur designantes consequentiam, alter participij, alter nominis. Explicari autem possunt per particulam cum, ut

*Imperate Maximiliano, Veneti grauius afflicti sunt, Id est, cum imperaret Maximilianus. Dicimus ad hunc modum, Imperatore Maximiliano. Imperatore Carolo, Galli ad mediolanum magna pugna uicti sunt à Germanis.*

Et exponuntur participia pro infinitiuis, ut opus est maturatus, pro maturare. Opus est factu, pro facere.

### DE ADVERBIIS.

**A**d uerbiorum naturam exposuimus in Etymologia. Subiiciuntur uerbis ad explicandas circunstantias locorum, temporum & similes,

Nomina

PHILIP. MELANCHT.

Nomina degenerāt in aduerbia, apud Latinos singulari numero, ut horrendum clamat. Apud Græcos plurali numero, adq; Latini imitati sunt, ut Verg. Nec sera comantem Narcissum, p sera comantem, seu florentem. Narcissus enim postremus omnium florum circiter Septembrem primum floret, ut scribit Theophrastus. Nostri uocant Zeylosen.

SECUNDA.

Non subiiciuntur casus nominum aduerbijs præter pauca. Prædie, postridie, de quibus dixi in Etymologia.

DE CONIUNCTIONE.

**C**oniunctio aut similes casus coniungit, ut amat & potat pater.

Verg. et Cicero sunt principes Latine lingue.

Nox & amor unūq; nihil moderabile suadent.

Aut orationem nouam superiori adtexit, ut

Nescia mens hominum fati sortisq; future

Et seruare modum rebus sublata secundis

Est aut coniuentionū natura diligenter obseruanda, quia enim colligunt uelut artus orationem. Magnum unium est aliqua uoce in connectendo abuti. Nam obscura & monstrosa fit oratio, si cōfundantur hæ particule, ut monstrosus corpus erit, si iugulus in tergo collocetur, scapule in pectore. Ut coniuentio causalis adsciscit coniuentiuum. Si præsens uerbum præcedat, præsens coniuentiuum erit. Si præteritum uerbum præcesserit, erit cōiuentiuum præteritum imperfectum, ut Iussi ut faceres. Significat aut aliquando tempus, ut uidi ut perij, id est, postquam uidi. Repetio autem Græca est. Significat & quomodo. Troianas ut opes & lamentabile regnum. Significat & q̄, ut ferus est, q̄ ferus est. Designat & similitudinem, ut mores sunt, in a fortuna respondet. Et superlatiuo cognata est, ut quisq; optime & Græce sciret, in a esse nequissimum. Et imprecatiuum, ut illū dij deaq; omnes perdāt. Et quamuis, ut desint uires, tamen est laudanda uoluntas.

## SYNTAXIS.

In coniunctionibus diligenter obseruentur hæ, quæ circumductiones efficiunt, hoc est, quæ duo  $\kappa\alpha\iota$  coniungunt, ut si, cum, quæquam & similes.

### DE PRÆPOSITIO NIBVS.

**P**Ræpositiones in etymologia recensui, hæ mutant uerborum constructionem ut, A deo patrem, cum eo patrem non dicitur. Latini repetitione delectantur, ut A deo ad patrem.

### INTERIECTIO NES.

**H**Ei datiuum adsciscit. Hei mihi qualis erat. Heu accusatiuum. Heu stirpem inuisam. Et nominatiuum, Heu pietas, heu prisca fides. Proh iupuer, proh deum atq; hominum fidem.

### REGVLA.

**E**Xclamationes ferè per infinitiuum & accusatiuum efferruntur, ut, A deo ne esse inuenustum quenquam ut ego sum.

### FINIS SYNTA- XEOS.

## DE PERIODIS

**I**NTER ALIAS PESTES REI LITERARIE, planè comperi præcipuam esse, quòd in ludis literariis rari admodum Grammaticas præceptiones docent. Idèq; fieri uideo aliàs inertia præceptorum, quòd laboris piget. Nam quia subasperæ sunt præceptiones, non sine negotio ad eas discendas pueri perpelluntur. Alios pudet in re quæ nihil habet ostentationis uersari. Ita fit, ut uix unquam, neglectis his primis literarum elementis, pueri ad frugem perueniant. Sed enim egregiam operam nauare mihi uidentur qui ad præceptiones diligenter accuratèq; pueros adsuefaciunt, neq; enim aliter aut rectè intelligent aliena scripta, aut tuto loqui audebunt ipsi. Et in Syntaxi præstat exigere, ut non modo discant quid cur cohereat, sed numeret etiam ordine uocabula, quæ ad perfectam sententiam efferendâ requiruntur. Orditur sententiam nominatiuus, aut quod uice nominatiui fungitur, hunc proxime sequitur uerbum finitum, deinde adicitur obliquus, alicubi & aduerbia, & adtexunt sæpe plurima nomina, præpositiones. Sæpe aut integra commata, aut uerba singula, coniunctiones. Hunc ordinem uerborum in interpretando uile est à pueris exigere, ut animaduertant, quot uoces sententiam absoluant, quomodo singulis nominibus, singula uerba respondeant. Sed has nugas, fortasse pædagogus aliquis fastidians, melirare clamabit, qui hanc superstitiosam diligentiam flagitem, præsertim cum sermo sit liberior, nec huiusmodi collationem uocum requirat. Ego uero in sermone non requiro hanc puerilem structuram, in quo ueterum consuetudinem imitari compositio debet. Sed in interpretando censeo adiuuari in firma puerorum ingenia, si ad huc modum, quem præscripsi, uocabula sigillatim enumeremus. Vix enim fieri potest, ut peruideat puer sententiam longiusculæ periodi, nisi uelut per scalarum gradus, ordine, per singulas partes periodi, ad extremam progrediatur. Sæpe in oratione ἀνακταπόδοτος quædam relinquuntur, & mutila, quæ deprehenden-



PHILIP. MELANCHT,

prehendentur hac ratione facillime.

Saxa uocant Itali medijs quæ in fluctibus aras,  
Dorsum immane mari summo.

Rectius intelligetur, si hoc modo recenseantur singula partes orationis, quæ saxa in medijs fluctibus, Itali uocant aras, & cohereret adpositione, aras, quæ sunt dorsum immane, summo mari, id est, eminenti somno mari.

Sunt autem statim etiam docendi pueri, ex quibus partibus in tegra periodus constet, quia enim ueteribus placuisse uidemus sententiarum membra,  $\pi\epsilon\rho\delta\omicron\upsilon\kappa\acute{\iota}\varsigma$  contexere, non est ea ratio à nobis negligenda. Eaq; diligentia sepe ad copiam sermonis conducit. Nam cum circumductionibus utimur sepe causam præponimus, sepe antithesin facimus, sepe comparationem, quæ ornamenta, reddunt sermonem uberiorem. Sic ex comparatione facta est periodus à Cicerone pro domo sua. Cum multa pontifices à maioribus nostris diuinitus inuenta atq; instituta sunt, tum nihil præclarium, uam quod uos eosdem & religionibus deorum immortalium, & summæ reipublicæ præesse uoluerunt. Deinde adiecta causam, ut amplissimi ciues rempublicam bene gerendo, pontifices religiones sapienter interpretando rempub. conseruarent. Fit autem periodus ex commatis, & colis. Commata Cicero uocat incisa, sunt enim imperfectæ orationes.  $\kappa\omega\lambda\omicron\varsigma$  membra sunt, & in longa circumductione perfectæ orationes, ut  $\kappa\omega\lambda\omicron\upsilon\varsigma$  est. Cum multa pontifices à maioribus nostris diuinitus inuenta, atq; instituta sunt. Aliud  $\kappa\omega\lambda\omicron\upsilon\varsigma$ , tum nihil præclarium quam quod uos eosdem & religionibus deorum immortalium, & summæ reipub. præesse uoluerunt. Tertium  $\kappa\omega\lambda\omicron\upsilon\varsigma$ , ut amplissimi ciues rempub. bene gerendo, pontifices religiones sapienter interpretando rempublicam conseruarent. Sed partes colorum, commata sunt, ut inuenta, atq; instituta sunt. Et religionibus deorum immortalium, & summæ reipublicæ præesse. Poterat simpliciter dicere Cicero. Bene institutum est, ut ijdem præsent religionibus & summe

DE PERIDIS.

ma reipublicæ, sed sonus orationis grauior fit cum accedat collatio, nem in fine, causa.

Sequitur in eadem oratione alia peridus ex collatione facta.

Quod si ullo tempore magna causa in sacerdotum populi Romani iudicio ac potestate uersata est, id est primum κῶλον, hæc profecto tanta est, ut omnis reipublicæ dignitas, omnium ciuium salus, uia, libertas, ara, foci, dii penates, bona fortune, domicilia, uestræ sapientiæ, fidei potestatiq; cōmissa credita que esse uideantur. Id secundum κῶλον

est, νόμωτα sunt, omnis reipublicæ dignitas, omnium ciuium

salus, uia, libertas,

et cætera.





# PROSO

D I A.

Profodia accentus syllabarum est  
Syllabarum aliæ longæ, aliæ breues, aliæ ancipites sunt. — *lōgæ,*  
breues.

Pes est aliquot syllabarum constitutio, ut *ămōr.*

Versus est legitima compositio pedum.

Utilitas scribēdi carminis, si nulla alia sit præterea hæc satis magna est, quod uerborum & figurarum magna copia scribēdo carmen, & sublimitas orationi uel Fabio teste paratur.

## REGVLA DE SYLLABIS

### PRIMA.

Positio omnis longa est. Est autem positio cum sequuntur due consonantes uacalem, ut *ārma, ille, Aut duplex consonans, ut āxi.*

### EXCEPTIO.

Liquida cum muta cōiuncta, syllabam ancipitem facit, ut *iniēgri* & *intēgri*. Quanquam si uocalis longa sit, corripitur propter liquidam syllaba non possit, ut *simulāre, simulāchrū* perpetuo longa sunt.

### SECVND A.

Vocalis ante uocalem corripitur, ut *Delniæ, Italiā.*

### EXCEPTIO.

*Aēr, Veyg: Nec gemere aëria cessabit turtur ab ulmo.*

*Fio in polysyllabis breue est fieri, fierem*

*Græcorum est tanta uarietas, ut propemodum regulis comprehendere non possit. Cæterum ea uis est huius regulæ, ut etiam lōgæ syllabæ in fine dictionum corripiantur sequente uocali, ut *οων & βοοσιλεις, ὅτε χῶσεται ἀνδρὶ χέρνι.**

### TERTIA.

Diphthongus omnis longa est, ut *Aeolus* & clauso uentorum carere

PHILIP. MELAN.

cere regnat. Inuenias etiã correptam in compositione sequente uocali, ut: Sudibus'ue præusti, ubi Græca imitatione correpta est.

QVARTA.

Præterita dissyllaba habent priores longas, ut liqui, fugi, ueni, feci, legi, cudi, siui.

EXCIPE.

Dedi	Circundēdi
Tuli	Atiuli
Steti	Astii
Bibi	Ebibi
Scidi	Rescidi

Excipies n̄c quæ duabus uocalibus finiunt, ut rui, obseruabis nem figuræ, iui pro ij

QVINTA.

Supina dissyllaba habent longas priores, ut: Lūsum, cūsum, fūsum, crētum, uīsum

EXCIPE.

Datum	Litum	Et composita à nosco
Statum	Citum à cieo	agnitum
itum	Statum	cognitum
Quitum	Ratum	Lutum uides in deriuatis pro
Situm		duci, pollutum, dilutus, ut:

per sibi Satyra III: Dilutas queritur geminet quod fistula guttas.

SEXTA.

Deriuatum sequitur suæ originis seu thematis naturam, ut:

Lēgo	Lēgi	Stō	Stēri	Pēto	Pētiui
Lēgerē	Lēgissēm	Stāre	Stēnssēm		
Lēgam	Lēgerim	Stāres	Stētero		
	Lēgero	Stābo			

SEPTIMA.

## PROSODIA

Præpositiones in compositione magna ex parte ex regulis generalibus cognoscuntur.

ã deo	õ beo
ã dfero	õ bñcio
õ btero	sũ bñcio

Vergilius alterum i subtraxit, & fecit subicit.

Re breue est, Trepidusq; repente refugit. Verg.

LONGAE SVNT

Rẽfert pro utile est

Solet nem extendi, adiecta consonante.

Præ longa est

Dĩ longa est, præter dirimo & disertus

Dẽ longa est

Cõ Cõgo, sed contracta est

Pro uariat, in alijs breuis est, ut profugus Lauinia uenit

In alijs longa est, ut Non profecturis litora bobus aras.  
Sed de hac præpositione uide Aldum.

Hactenus proposuimus regulas generales, quæ sparguntur in primis, in medijs, & in ultimis syllabas.

### DE VLTIMIS SYLLABIS.

Vltimæ syllabæ ferè ex declinationibus & coniugationibus cognoscuntur, domini, dominõ, amas, docēs, legis, audis. Tamen ordine litterarum quantæ sint, indicabimus.

A.

Nomina in a declinata prima aut tertia declinatione, Item pluralia neutra, breuia sunt, ut Armã uirumq; cano. Musã mihi causas memora.

Ablatiui in prima declinatione longi sunt, ut Europã atque Asiã pulsus.

Verba ex suis coniugationibus cognosces.

Cætera longa sunt ultrã, frustrã, Item numeralia trigintã, quadragintã &c.

E breui

PHILIP. MELAN.

E.

E breue est, ut que, ne, ue, bene, male, sæpe, penè, mane.  
Auerbia plerunque longa sunt, ut Rite, apud Horatium Belle,  
pulchre.

Nomina & uerba ex declinationibus & coniugationibus cogno-  
sces, ut Docē Famē mē

Legē Pecudē tē

Græca ex uocalibus græcis æstima, ἐν τῶν πῶ.

I

I longum est. Legi, iuui, ueni. Mibi, tibi, sibi, ancipitia sunt. Græ-  
ca sunt breuia, amarylli, Palladi, Alexi.

O

O commune est, ut Amō & amō, Scribō & scribō, Do, sto, Datū  
ui dominō, tantō, quantō longi sunt.

VC

Quæ u, c finiunt longa sunt, ut Duc, dic, fac.

AS ES VS

Item longa sunt foeminina quæ as, es, us finiunt, habentia geniti-  
uum uti uel udi, Cætera ferè breuia sunt.

Hæc de ultimis syllabis, primas & medias è poëtis certissime co-  
gnosces. Nam recensere ordine singularum syllabarum consti-  
tutionem nimis longum est, & haud scio an unquam fieri posse  
sit, Tu poëtas consule.

Hactenus diximus quasdam syllabas longas, quasdam breues esse,  
Nunc de complectendis syllabis dicemus.

PEDES

Pes est syllabarum constitutio.

Pes lentus	Pyrrhychius	υ υ	Deus
	Spondeus	--	Fraudi
	Trocheus	- υ	Fraude
	Iambus	υ -	Deo
	Dactylus	- υ υ	Commodus

PROSODIA,

Anapestus	υ υ -	Domino
Tibrachus	υ υ υ	Dominus
Molossus	- - -	Complexo
Amphibrachus	υ - υ	Relectus
Amphimacrus	- υ -	Dixeras
Proceleusmaticus	υ υ υ υ	Reijce ca
Choriambus	- υ υ -	Historie

DE HEROICO CARMINE:

Metrum, est pedum complexio.

Heroicum constat sex regionibus, seu pedibus. Heroicum dixerūt, quòd eo genere res gestæ regumq; ducumq; et fortia facta conscripta sint, uocant & ἥξμετρον.

CONSTITVTIO

HEROICI.

Arma ui	Prima	-- seu	- υ υ
rumq; ea	Secunda	-- seu	- υ υ
no Tro	Tertia regio recipit	-- seu	- υ υ
iæ qui	Quarta	-- seu	- υ υ
primus ab	Quinta recipit regulariter, solum		- υ υ
	Quantq; & figurent hanc regionem nonnunq; poetæ.		
	Verg. Tun' Aeneas quem Dardanio Anchise,		
oris	Sexta recipit solum	-- uel	- υ

Namultima liberæ & exleges sunt.

DE PENTAMETRO.

Πεντάμετρον, quod quinque regionibus seu pedibus constat. ἑξήμετρον uocant confertam cum Hexmetro, Pentametrum. & idem est quod heu heu. Nam Elegia lugubre carmen est.

Nescio	Prima regio recipit	-- uel	- υ υ
quid ma	Secunda	-- uel	- υ υ
ius nascitur.	In tertia primum syllaba longa est, postea illi	- υ υ	subijciunt
Flia	Quarta		- υ υ



PHILIP. MELAN.

de

Quinta unica constat syllaba tantum, ut:

Si bene florū rī uinēā Bā. chūs ē rī. Et:

Conscia mēns rē cū fā mae mēn dāciā ridet

Sed nōs in uiti ūm crē dūlī sū mūs.

FIGURAE HEXAMETRI.

Verg. Prima regione peregrino pede usus est, Anapesto scilicet: Flūuio rūm rēx eridā nūs cām pōs; pēr omnes.

Vsi sunt & in prima regione u u u u pede proceleusmatico, Arietiā in Canihum. Eodem προκελευσμοτ in dō & alia in regione usus est Vergilius: a flumme rēitice cāpellas.

In quinta regione inuenias & κοινδείοv — — Sic costā longo subduximus apōennino. Sed ita uelut in quarta regione dactylum esse.

In principio tertiae regionis, prima syllaba, tum in Hexametro tum in Pentametro solet nonnunquam breui esse: sed ita si sit finis dictionis, quod Grammatici uocant caesuram, ut:

Te canit agricolā magna cum uenerū urbe

Idē fit et in principio II. regionis et IIII. sed rarius in caesura, ut:

Et furis agnatus amor, & conscia uirtus.

Et canis arentē terreat arua siti.

PHALAEICVM.

Est autem Pentameton	Prima	— —
Secli in	Secunda	— u u
commoda	Tertia Regio recipi	— u
peffi	Quarta	— u
mi po	Quinta	— u uel — —
etæ		

Vnam quæ faciunt beatiorē  
 Lucundissime Martialis hæc sunt

FIGURAE.

In prima regione admittuntur u — & — u pro spondeo, in tertia & u — inuenias sed raro admodū. Catullus etiam in tertiam regionem Dactylum admisti, quod nobis non licet.

PROSODIA

SAPPHICVM.

A Sappho, quinq; regionibus seu pedibus constat.

Prima — u

Secunda — —

Tertia — u u

Quarta — u

Quinta — u uel — —

recipit

inte  
ger ui  
tae scela  
risque  
purus

Quomodo scribatur docent exempla, solent enim tres uersiculi  
coniungi, & subijci, Adonicus, qui constat dactylo & spondaeo.

Horatius:

Integer uitæ scelerisq; purus

Non eget Mauri iaculis nec arcu

Nec uenenatis grauida sagittis

Fusce pharetra.

IAMBICVM.

Ἰαμβικός, insectari est, à ἰόντω, unde factum nomen generis  
carminis maledico. Archilochus siue huius carminis autor fuerit,  
siue celebrator potius, tanta fuit acerbitate, ut ad laqueum adegerit  
Lycambem, Ouidius: Tincta Lycambeo sanguine tela ma-  
dent.

Nullius generis tam uariæ formæ sunt, sed nos de senario dicemus.  
Alij ἰαμβίον uocant, quod bini pedes singula metra faciât.

RECIPIT PEDES.

Creberrimum Iambum in locis paribus, alioqui quo plus Iamborum  
habet, eo uenustior est.

Prima admittit — u — — u u u —

Secunda u — admittit & — — — u u

— u — Sed cum minore gratia.

Tertia — — u — — u u u —

Quarta u — admittit & reliquos, sed duriore compositione.

Quinta — — u — — u u u —

Sexta u — & u u

PHILIP. MELAN.

Recipit ubiq; u u u

Poë - ta cum - primum ani - mum ad scri - bendum

ad - pulit, u u

Id sibi - nego - ti cre - didit - solam - dari -

Obse - quium - ami - cos ue - ritas - odium - pa -

ri u u

Aman - tium i - re amo - ruin - tegra - ito est. u -

Discor - dia - fit ca - rior - concor - dia u u

DIMETRI.

Veni - redem - ptor gen - tium -

manum - que mise - ris por - rige. u -

CHORIAMBICVM.

Quod Choriambo pede constet - u u -

Prima regio admittit - -

Secunda - u u -

Tertia - u u -

Quarta - u u -

Vicinum choriambico Glyconicum, ut

Sic te - dia potens - Cypri. u -

Moece -  
nas atavis  
edite re -  
gibus

FINIS:

(\*)

THE HISTORY OF

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

THE HISTORY OF

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.